

32.

DISSERTATIO IN AVGVRALIS CHYMICO-MEDICA

DE

# SALE MEDICINALI CAROLINARVM

QVAM  
FAVENTE SVMMO NVMINE  
IN ALMA REGIA FRIDERICIANA

PRÆSIDE

DN. FRIDERICO HOFFMANNO  
ACADEMIÆ ET ORDINIS MEDICORVM SENIORE  
ET h. t. DECANO

PRO GRADV DOCTORIS  
SVMMISQVE IN MEDICINA HONORIBVS AC PRIVILEGIIS  
MORE MAIORVM RITE CAPESSENDIS

Ad d. *Maii Anni MDCCXXXIV.*  
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI  
SVBIIGIT

NICOLAVS BORRIES  
HAFNIA DANVS.

---

HALÆ MAGDEBURGICÆ  
TYPIS IOHANNIS CHRISTIANI HILLIGERI, ACAD. TYPOR.

DIVISATATE IN YACOBI ETI CHYMICO MEDICO

# SALIE MEDICINALI

CAROLINARUM

1610

CAVANTUR SUMMO NATURAE

ANALYTIQUE TECNICA ET EXPERIMENTALIA

TRADIDIS

DR. FRIDERIGO HOFMANNIO

VULGARI ET ORBIS MEDICORVM SENIOR

ET DEDICAT

HOC OPERA DOCTORIS

SUMMOSA ET MEDICINA HONORIBVS AC PRIMIS

MONS. M. VOBIS ET ETI CESSEREBUS

EXCEPTE ET PRAESES

HONORIS TRIBUNALI ET EXAMIN

ATIONE

HIC OPIA BOPRICE

ET C. 1610



DISSERTATIO IN AVGVRALIS  
CHYMICO-MEDICA  
DE  
**SALE MEDICINALI**  
**CAROLINARVM.**

§. I.



I quid in vniuerso rerum naturalium pe-  
nu, ad varias, easque graues & pertina-  
ces, ab humano corpore tam mature ar-  
cendas, quam commode debellandas  
afflictiones, certæ, securæ & comproba-  
tæ facultatis deprehenditur remedium;  
profecto hoc nomine iure suo superbi-  
re existimo medicamenta ex salium fa-  
milia prognata, atque inter hæc maxime, quæ ob æquale aci-  
di & alcalini principii connubium vulgari termino apud Me-  
dicos vocari solent Salsa, enixa, media & neutra. Quorum  
agmen constituta longinquo tempore ab antiquissimis Me-  
dico-

dicorum celebrata: Nitrum, tartarus vitriolatus, & tartarisatus, arcanum duplicatum, nitrum antimoniatum, terra foliata tartari, sal a Glaubero dictum mirabile, digestuum Sylui, sal polychrestum, quod ex nitro & sulphure paratur, ammoniacum, & pleraque ex optimarum herbarum ac plantarum succis inspissatis praeparata salia sic dicta essentialia. Siquidem utilissima eorum virtus duplii potissimum se manifestat ratione: primo, quod in amplissima remediorum, qua tam ex vegetabilium, quam animalium & mineralium classe prodeunt, sylua vix detur aliquod simplex machinæ nostra solidis ac fluidis partibus tam amicum atque conueniens, ac ipsa hæc temperata salia: quippe quæ sanguini, lymphæ, omnisque generis animantium succis vario modo permixta, non ullam modo eorum naturali consistentiæ ac mixtione inferunt notabilem mutationem, sed & in ipso nostro corpore optima sanitate fruente copiosius perpetuo generari, ac cum humoribus circumferri obseruantur: ut hoc ultimum ex vtrinæ, nec non sudoris salso sapore satis manifeste animaduertimus. Quod vtrumque longe se aliter habet cum salibus acidis & alcalinis puris & extra connubium positis: quippe quæ plane nostri corporis humoribus aduersa & contraria, iis secundum naturam constitutis, nec inesse certum est, nec salua eorum, quae ad vitam apta est, mixtione, diu inhærente posse, satis clare per experimenta Chirurgiæ, qua olim magni habita fuit, infusoriæ demonstrari potest. Ex his enim constat quod acidi magis vel minus saturati liquores, cuius generis sunt spiritus salis, nitri, vitrioli, solutio aluminis, per siphonem animalium viuentium venis injecti, sanguini antea florido & celerrime per vascula currenti spissum illico nigri coloris inducendo coagulum, & latebra vasorum membranoso-neruea constringendo & arrodendo præsentaneum vitæ exitum induixerint; alcalina vero fluida

præ-

præsertim saturationa, vt oleum tartari per deliquium, vel Spiritus salis ammoniaci copiosius eodem modo in sanguinem delata, animantibus ob expansam nimis & rarefactam humorum massam citam & violentam præcedentibus conuulsionibus mortem intulerint. A qua nocua facultate remotissima esse ex vtroque hoc sale composita, neutrius generis salia, vel solum illud MALPIGHII experimentum demonstrat: qui ab infusi in canis robusti viuentis venam iugularem nitri solutio- ne nullam mutationem, præter vrinæ copiosiorem prouentum se obseruasse testatur in libro de *polypo cordis*.

S. II.

Deinde & saluberrimam neutrius generis salium virtutem exinde luculenter apparere arbitror, quod in expedientibus cuiuscunq[ue] generis secretionibus & excretionibus, a quarum suppressione plurimi contumaces morbi tam dignuntur, quam fuentur & acerbiores redduntur, incidendo nimirum vifidas ac tenaces cruditates, quæ in ventriculo ex alimentis minus subactis natæ hospitantur, & magnorum secundæ sunt malorum genetrices, ipso quoque sanguine spissò resoluendo, attenuando, per glandulas ac vasa in visceribus promte transprimendo, &que ac noxios humores per omnia excretoria, prævia leni eorum vellicatione, sine tamen sanguinis exæstuatione, sine tortuosis & spasmis, ut aliis vehementioribus solenne est purgantibus, blande euacuando, vix in rerum natura sui habeant simile. Quemadmodum vero tam acida suo tempore ad appetitiam & dissolutionem ciborum promouendam, & temperandas in primis viis hospitantes bilioso-sulphureas cruditates, quam alcalina ad absorbendam aciditatem, resolvendosque spissos humores moderate & debita cum circumspectione usurpata, multos corpori humano præstant usus; ita præsertim salia alcalica mitiora salibus neutrius generis iuncta, horum efficaciam mire exaltare obseruan-

A 3

tur;

tur: eo quod acidos, qui aperitiuam salium vim infringunt, succos imbibendo, salis medii genium acquirunt, & in soluenda ac educenda præsertim tartarea, qua in renibus se- fecernitur, mucositate omnia alia diuretica & aperitiua quam longissime antecellunt,

### §. III.

Quam præstans itaque & multiplex salium mediorum & ex parte ciam alcalicorum in corpore humano est utilitas; tam admiranda quoque diuina pro hominum salute cura ac pro- videntia: quod plures eiusmodi generis salibus foetos salu- berri nos tam calidos, quam frigidos fontes huc illuc e terra latebris sponte promanare voluerit. Et eo magis etiam no- tandum puto veterum errorem, qui cum chymia rationalis plane essent ignari, neglecto accuratori horum fontium ex- amine, eorum virtutes a varii metallicis, vitriolicis, bitumi- nosis & alienis plane, nescio quibus, subterraneis materiis deriuarunt. Enim vero licet negari penitus non possit, inesse quam plurimis & thermis & acidulis tenuissimum illudque summe volatile martiale vitriolicum principium; quod ex adiectione gallarum patescit, quæ recenter ex scaturigine hau- flam aquam atro purpureo colore imbuunt, diutius vero a fon- te præsertim sine operculo seruatam, immutatam linquunt: hoc tamen, quia facilime in auras auolat, & paucissimis ad aliena loca transvectis aquis inhæret, pro genuino & præci- puo operandi in fontibus fundamento haberri neutiquam pot- est, postquam peritissimorum in Chymia virorum opera nos docuit, plurimas vbiunque etiam orta fuerint acidulas & thermas in eo conuenire, quod sale imbutæ sint medio & al- calino plus minus abundante. Atque ab hoc etiam, po- tissimas omnium fontium salubrium virtutes dependere, pra- ceteris

ceteris demonstrare operam dedit *illust. PRAESES* in suis scriptis, quae de aquarum mineralium elementis ac viribus tam in genere, quam speciatim de Carolinis, Sedlicensibus aliisque cum publico communicauit.

§. IV.

Eidem etiam laudatissime naturae scrutatorum opera acceptum referre debet nostrum seculum, quod iam penitus naturam ac genium istorum, quibus salutares maxime in Germania pollent fontes, salium vna cum suis differentiis ac viribus diuersis cognoscamus. Scilicet multis experimentis physico-chymicis iam quidem in' vulgum notis demonstratum est: alios fontes tantum alcalino sale, instructos esse, vti sunt Selceranus, Emsensis; alios minori salis alcalici cum terra mariali iuncti portione præditos; ad quos pertinet Spadanus, Buchensis qui Carolinis adiacet, Pyrmontanus, Carbensis in Wetterauia & Toensteinensib[us], aliis Antonianus dictus; alios vero sale magis salso amaricante, vt Egrani, Sedlicenses; alios porro terra alcalina subtiliori cum paucō sale salso & alcalino, vt Wildungenses esse imbutos; quosdam verum sal commune admixtum possidere, vti constat de Wisbadensibus, Toensteinensibus & Egranis. Quos omnes mire antecellunt Carolina thermæ, quippe quos præter sal medium amarum & terram calcaream magnesiæ admodum similem, copiosum etiam alcalinæ & lixiuosa indolis sal in se recondere, adeoque in grauioribus chronicis morbis, præsertim qui ab acidis & viscidis humoribus proueniunt, curandis, aperiendis omnis generis excretoriis, maxime vero vrina & aluo fortiter mouendis, hæmorrhoidali quoque & mensium fluxu restituendo, omnes reliquas soterias aquas longissime antecellere pridem in peculiari dissertatione *de thermis Carolinis* docuit, & plurimi experimentis atque obseruationibus confirmauit, *illust. stris*

bris PRAESES, atque post hunc celeberrimus BERGERVS in  
diff. eiusdem inscriptionis.

### §. V.

At cuiuscunque demum generis sint ista, a quibus me-  
dicinali suam vim salutares fontes mutuantur, salia, eadem  
tamen omnibus arte factis tam mediis supra recentitis, quam  
alcalinis multis nominibus anteponenda esse, constans affir-  
mare audeo. Quippe subtiliori longe & naturæ magis amico  
tam acido, quam alcalino principio ea constare, vel exinde elu-  
cescit, quod salia exfontibus prognata pleraque fore in æqua-  
li purissimæ pluialis præsertim calefactæ aquæ portione pe-  
nitus soluantur, cum arte facta plurima vel triplo, imo quadru-  
plo maiorem menstrui requirant quantitatem, & longiori quo-  
que ad sui intimam solutionem tempore opus habeant; nec non  
quod calori ignis exposita facilime fluant, quod lecus contin-  
git cum artificialibus. Vnde nec dubium est fore, ut cor-  
pori nostri succis facilius permisceantur, atque per vasa mini-  
ma promptius transeant, quam illa, que ex grauiori natura in-  
senso acido & alcalino sale ab artificibus componuntur.

### §. VI.

Quemadmodum vero non omnibus æqua facultas & oc-  
casio est, iplos fontium medicatorum natales visitandi, & in lo-  
co eos usurpandi, neque cuilibet sumptus ad transportationem  
aquarum necessarii suppetunt; ita Chymiatri plurimorum  
egrotantium inopia confuturi, diu de salibus per legitimam co-  
ctionem & evaporationem ex fontibus præparandis, quibus in  
sufficieni & adæquato menstruo solucis in sui corporis com-  
modum uti quoque possent exterri, solliciti fuerunt. Primitus  
inter hos fuit celeberrimus Anglia Medicus D. GREW, qui  
ex patrio Ebshamensi fonte eiusmodi amarum purgans sal  
præparare, & magno cum fructu peculiari tractatu de meliori  
com-

mendare cœpit. Nam vero cum admodum exigua sit salis, quod ex hoc fonte elici potest, portio tantum omnino abest, ut eiusdem sub nomine hodie quod circumseritur, & viliori certe pretio venditur, Anglicanum dictum sal amarum, genuinum natuum ex fonte eductum sit, quale Doctoris Grew fuit, ut liquidissime potius inter omnes, qui accusatori chymico examini id subiecerunt, constet; illud ex salis communis cum acido vitrioli, vel aluminis miscela, ad exemplar Glauberiani præparari, vti id probe anpotauit LENTILIVS in M. N. C. cent. III. IV. Obf. 173. & ulterius demonstrauit ILL. PRAESES in diff. de salutum medicorum excellenti virtute

§. VII.

Præter Ebshamense celebratissimum haec tenus fuit sal fontium Sedlicensium siue Seidschutzensium, quorum usum pec aliquot secula obliuione obrutum, vna cum sale ex iis præparando medicinali, primus omnium detexit Illust. PRAESES, & in peculiari scripto commendauit. At vero cum ipsi Sedlicenses fontes sale hoc mediæ solum naturæ & ab omni alcalini prædominio libero imbuti, virtutibus longe inferiores sint Carolinis; quippe que ob notabile lixiuiose salis cum medio commercium in grauissimis chronicis afflictionibus debellandis omnibus aliis hucusque palnam præpuerunt, ideo diu Venerandus Præses de eodem sale ex fontibus Carolinis educendo fuit meditatus, maiora scilicet inde suspicatus commoda, quam ex illo alio haec tenus vel nativo vel artificiali fuerint præstata. Quare cum saepius ab Illustribus personis in Carolinas vocatus eribriorem & elementa & præclaras huius fontis virtutes examinandi habuerit occasionem, dudum quoque peritis in arte pharmaci, utica eius loci viris auctor exsilit sualorque, ut naturale, quod recondunt therma, sal ex iis iuxta artis regulas elicere & publico usui

offerre facerent periculum. Factum hinc quidem est, vt per plures iam annos ruditer saltē coctūm in minori copia ad priuatos tam ægrotorum Carolinas usurpantium, quam Medicorum expertium usum in pharmacopolio fuerit seruatū; attamen diligentiore & frequentiore eiusdem preparatiōne vt exterorū etiam & a fonte remotiorū commodis consuleretur, eo vsque ob peculiares forsitan priuatum maxime incolarum utilitatem respicientes causas obtineri non potuit; donec ab hinc triennio, cum ab Augustissima Romani Imperatoris Maiestate ad deliberandum de eiusdem salute cum Illustri Archiatro Dno PIO NICOLAO DE GARELLI in Carolinas vocaretur Excellentissimus FRIDERICVS HOFFMANNVS, curiosus quidam pharmaceuticæ licet scientia ignarus, senatorii ordinis vir, Dn. GEORGIVS BERNHARDVS RICHTERVS, tinctoria arti deditus, elegans quoddam salis ex thermis Carolinensisibus educiti, & ab omnibus terræ fordinibus liberati specimen offerendo, ab hoc celebratissimo Medicorum pare examen & disquisitionem eius pateret. Laudarunt ambo institutum, & compendiosam simul optimum ex fontibus sal elicendi methodum suppeditarunt. Ex quo tempore etiam tanta virtueum præstantissimarum multitudine se commendauit istud sal, vt non modo a præsentibus sub ipso fontis usu, sed a remotioribus quoque optimo cum fructu usurpetur, ac copiose iam distrahatur. Ego vero eum ipse ante annum in Carolinis degens & præparationis & effectuum nostris salis in plurimis morbis singularium fuerim testis; hinc annuente & adiuuante Illustri Dno PRAES IDE, *Patrono ac Preceptore meo avum venerando*, operæ pretium duxi, peculiarem Carolinensem thermarum salis indolem clementia ac virtutes, in specie vero præ Sedlicensi, quod hactenus palmam tenuit, prærogatiuam sequentibus demonstrare.

§. VI.

## §. VIII.

Primo quidem, ut qua<sup>r</sup> de præparatione huius salis scire conuenit, paucis complectamur, monendum est, materiam heic sali suppeditare fontem illum, qui furioso impetu feruidissimus ex terra latebris profilit, & ea vulgo in Carolinis dicitur der Prudel. Huius videlicet feruentissimæ aquæ pro vna vice circiter mille libræ vulgares ex scaturigine haustæ in catina ferrea super igne posita vsque ad curiculæ apparentiam inspissantur; & prævia per filtrum colatione, aëri frigidiori exponuntur, vt in crystallos abeat inspissamentum. Remanens autem a prima crystallisatione liquor de novo inspissatus ad crystallifandum reponitur. Arque hoc tamdiu reiteratur, quandiu in fundo sal coire cernitur. Emergunt inde crystalli prioribus ex asse similes, nisi quod ultima a prioribus albedinis præstantia superentur. Massa producti hinc salis, æquat trium librarum medicarum pondus; vnde calculi beneficio constat, quod ex vna libra aquæ drachma circiter dimidia salis puri elicienda. Residuum, quod in fundo post absolutam crystallisationem conspicitur, est Tinctura aurantii coloris, saturate lixuosa, cum acido tamen minus effervescens, saponacea & oleosa, qua<sup>r</sup> spiritui vini rectificato permixta ex parte ab eo soluitur, & alcalino caustico sapore eum imbuit, ex parte vero in fundum instar magnatis spissidelabitur. Ad filtri vero parietes concrescit terra martialis adstringens lutea, & croco martis similis.

## §. XI.

Exposita sic quam fieri potuit breuissime genuina, qua<sup>r</sup> ex Carolinis fontibus sal dicitur, methodo propius iam ad ipsius naturam penitus inquirendam, & differentiam a sale maxime Sedicens ostendendam accedimus: primo quidem experientia cum vtroque instituta exposituri, & ex his deinde præ-

stantiam prioris præ ultimo demonstraturi: Phænomena autem circa utrumque obseruata huc redeunt: I. Paratum e thermis Carolinis sal ex crystallis constat oblongis, nigri coloris, pellucidis, & interpersis hinc inde variis aquosis. Sed license minores exhibet, quæ itidem oblongæ quidem sunt, sed albedine, & aquosa pelluciditate prioribus cedunt. II. Sal Carolinarum tam in aqua solutum, quam solida forma gustu exploratum, saporem præbet ex parte lixiuosum, ex parte amari- cantem, mitiore tamen quam Sed license, quod intense amarum est & valde nauseosum. III. Aquæ purissimæ communis calefa- ctæ vncia salis Carolinarum drachmas decem & scrupulos duos, Sed licensis vero vnciam vnam recipit; Frigidæ vero eadem portio a Carolinensi præter drachmas sex cum uno scrupulo, & a Sed licensi prater drachmas quinque & duos scrupulos nihil soluit. IV. Solutio salis Carolinarum ex adiecto viola- rum Syruo colorem adipiscitur viridem; a quo Sed licensie nullam patitur mutationem: V. Aquæ Carolinarum sale sa- turata ab oleo tartari per deliquium parato nullam sentit tur- ham; Sed licensis vero solutio ab eodem inspissum lactei co- loris conuertitur coagulum. VI. Productum ex Carolinis fontibus sal cum omnibus tam mitioribus, quam fortibus aci- dis vehementer effervescit, hinc ab affuso vitrioli spiritu vel alumine crudo, in aqua prius soluto, desinente effervescentia in sal tertium amarum transit: Quod minus contingit in Sed- licensi. VII. Spiritus vini rectificatissimus saturata salis Carolinarum solutioni affusus, lacteum ei inducit colorem, & in fundum deicit puluerem tenuissimum albicantem; qui ablato per accensionem vini spiritu in aqua facilime solvi- tur. Idem vero si Sed licensi soluto misceatur, praecedente coloris turbidi in lacteum mutatione, spissum niueæ massæ precipitatur coagulum, in aqua tamen post combustum vini spiri-

spiritum promte solubile. VIII. Cum sale ammoniaco per triturationem probe subactum sal Carolinense, sponte liquefcit, & odorem spargit volatilem penetrantissimum; quod frusta expectatur a Sedlicensis cum eodem miscela. IX. Eductum e Carolinis thermis sal fornaci calido infectum cito fuit; frigidioris vero aeris accessu diutius expositum non liquefcit quidem, sed instar magnesia in tenuissimas moleculas dissolvitur. Sedlicens' nec a calenti nec frigido aere mutatur. Hinc X. etiam igne difficilius fuit vltimum quam prius. XI. Vna salis Carolinarum pars cura dupla antimonii crudi portione permixta, & in crucibulo candenti fusa præbuit regulum antimonii Medicinalem, intense rubicundum & fragilem; qui ab eadem salis Sedlicensis & antimonii miscela sime sale tartari obtineri non potuit. XII. Sal Carolinarum cum sexta pulueris carbonum parte mixtum, in crucibulo ignito facillime fuit, & massam hepati sulphuris æmulam largitur; quod in aqua solutum atramenti instar est sympathetici, & literas ex solutione sacchari saturni vel aceto lithargyri chartæ impietas, antea plane non cognoscendas, luteum iis inducendo colorem, manifistat. Sal Sedlicense idem nunquam præstat, sine additione salis tartari. XIII. Eiusdem hepatis sulphuris in aqua facta solutio viridescit, sed aeri libero diutius exposita colore adficitur limpidum, delabente interea in vitri fundum terra viridi, a qua si purior aquæ portio separetur, & separatæ spiritus vitrioli affundatur, penetrans admodum foetidus emergit odor, & sulphur ex albo cinericum præcipitat; quod ipsum cum oleo terebinthina vel amygdalarum intime subactum balsamum sulphuris constituit: Sal Sedlicense eadem proportione cum puluere carbonum mixtum, & eodem modo in crucibulo candente tractatum,

ctatum, prævio magno ebullitionis motu sulphureum præbet odorem, neque fortissimo igne fuit, & calcinatur in fundo relinquit terram in aqua minus solubitem; quod & vero miscela huius sub initio sal tartari addatur, eadem contingunt phænomena, quæ a Carolinarum sale iam memorata, XIV. Idem quoque singuli effectus obseruantur, si loco pulveris carbonum, nigrans illa, quæ a liquoris anodynī mineralis Hoffmanni destillatione remanet, substituatur terra, ac cum eadem Carolinarum sali justa proportione nupta simili ratione adornentur experimenta; luculento & simonio, quod ista terra multum sulphurea & inflammabilis materiæ in se complectatur. Nihil horum succedit cum Sedlicensi ejusdem destillationis capiti mortuo juncto; nisi conveniens salis tartari portio adiiciatur. XV. Ultimo denique per destillationem nostrum sal exploraturi, tres ejus uncias indidimus retortæ vitreæ, ex quibus fortissimi ignis beneficio præter omnem spem atque opinionem unam cum dimidia unciam & drachmas duas aquæ limpidæ dulcis & empyrevmatum odorem exhibentis, quæ nec cum acido nec alcali ebullit, obtinuimus. Residuum in retorta cinericei erat coloris, solvebatur in aqua, & ab affuso oleo tartari per deliquium penitus non mutabatur, cum acido vero mixtum effervescebat. Cum sale ammoniaco trituratum volatilem penetransimum spargebat odorem, absque tamen colliquatione, quæ ab ipso Carolinarum sale ante destillationem obseruata fuit. Par salis Sedlicensis quantitas retortæ indita, aquæ insipidæ unciam unam & drachmas tres phlegmatis aciduli autem drachmas duas dedit. Remansit hinc terra spongiosa calcarea nivei coloris, cum aqua frigida instar calcis viva fortiter ebulliens & eam caletaciens; quæ cum sale ammoniaco mixta omnis odoris expers manet, & in aqua soluta ab adjecto oleo tartari per deliquium in spissum vertitur coagulum.

§. VIII.

## §. X.

Ex adductis his experimentis satis luculenter apparere arbitror, quæ utriusque salis sit indoles ac differentia. Quippe cum thermarum Carolinarum sale suscepta, eius omnia sunt tenoris, ut pleraque & a quovis alcali, sale tartari & cineribus clavellatis, nonnulla vero etiam ab omnibus mediæ naturæ salibus, nitro, arcano duplicato, tartaro vitriolato, aliquis observentur. Quare nec dubitare quempianu spero, quod sal ex Carolinis fontibus educatum duplex diversi genii contineat principium, alterum alcalinum, alterum mediæ salinae naturæ cuius ultimi praesentia vel ex inde salis manifeste cognosci potest, quod in crystallos abeat oblongas, ab aëre in liquamen fluidum non dissolvatur, & præter lixiviosum etiam amaricante sapore sit præditum. Quæ omnia contrario modo in salibus mere alcalicis contingere, nemo hodie non novit. Et licet negari non possit, salis alcalici portionem sal neutrum in Carolinensi superare, id tamen ex observatib[us] vero admodum videtur simile, quod a dimidia parte salis medii quantitas parum recedat. Ad Sedlencense vero quod attinet sal, eo collidunt omnia cum eo facta tentamina, ut idem ad salia perfecte neutra referendum sit, quæ nec acido nec alcali eminenter abundant, sed ex aqua liutriusque portione nupea sunt composita: quemadmodum omnes & iidem effectus observantr[ur], quando per arte[m] præparata salia neutrius generis, ut arcana duplicatum, tartarus vitriolatus & tartarisatus aliaque eiusmodi chymico examini subiiciuntur. Deinde vero & illud ex adductis experimentis elucere arbitror, quod sal e Carolinis elicitorum longe subtilioris sit indolis, quam Sedlencense; quod in aqua & difficilius solvit, & maiorem menstrui copiam requirit. Curiosum denique & hoc obseruat[u] est, quod tanta in salibus

bus delitescere possit aquæ portio; quam etiam fuisse causam existimò, quod Carolinum sal & ammoniacum sicca inuicem mixta liquefacta sint: cum educto per destillationem humido, id non contigerit cum resistante sale.

§. XI.

Partium atque elementorum, quæ sal Carolinensem thermarum constituant, hactenus exposita natura, & propotione statim nos docere poterit, quisnam in corpore humano usus, & quæ vires in variis morborum generibus tam arcendis, quam tollendis ab eo sint expectandæ. Quas vero omnes partim ab alcalino, partim a medio, quod continet sale, partim ab utriusque coniunctione deducendas esse, neminem puto, quin perspiciat. Primo itaque ut ab alcalina ejus superabundante parte initium faciamus, præstans utique illius est virtus in absorbendis, quæ in primis viis partim ab alimentis acidis, quibus pleraque hominum pars delectatur, partim ab inminuta ciborum digestione, sepe resistant, aciditatibus; quæ incrassando reliqua alimenta præsertim ex lacteorum familia desumpta, item mucilaginosa & ex fructibus horæis parata, non modo infenſillarum cruditatum genertrices sunt, sed & vasa, quæ ventriculum percurrent, sanguinea & neruea, a quorum legitimo elatere omnis fere concoctionis vigor pender, constringendo fluidi & sanguinei & neruei ingrediſſum arcent; adeoque ad spasmus intestinorum, colicam, cardialgiām, ructus, status, & anxietates præcordiorum, capitis dolores, appetitum incoercibilem, si bres, aliasque graves morbos quam facillime disponunt. Quibus omnibus, si a contento in primis viis acido, originem eos trahere indicium sit, ipso hoc sale vix salubrior ac promptior opponi potest Medicina. Vnde nec mirum est, quod hypochondriacis & hysterico malo laborantibus personis, quæ eb

debilita-

debilitatem stomachi & intestinorum vim peristalticam, parum digravit, & cruditatibus acidis tantouendis quam generandis admodum aptæ sunt, præ omnibus alijs stomachicis actionibus insignem praesertim utilitatem.

§. XII.

Deinde cum omnibus alcalinis & hæc sit propria facultas, vt si cum acidis congrederantur, eadem in sal coniuerterent tertium amaricans, purgante prædictum virtute; ideo & hoc nomine peculiariter commendari meretur sal alcalinum thermaum Carolinarum, quod, si sufficienti & acido in primis viis hospitanti proportionata ingeratur quantitate, illud hostile cum omnibus cruditatibus per album evacuet, & adeo omnibus, qui ex obstructa alio sentiunt incommoda, open afferat longe saluberrimam. Quo ipso multum antecellit sal Sed-licente, quippe quod nisi alcalino quedam puluere ut lapidis caucrorum & conchis preparatis acuatur, in corporibus, vbi acidum primas vias occupat, plures sèpè molestias, quam leuamina creare obseruatur.

§. XIII.

Maiora autem his sunt, quæ ab utriusque tam alcalini, quam medii salis combinatione in corpus nostrum deriuantur incommoda. Eminet hinc maxime nostri salis virtus in incidens viscidis aclientis humoribus, qui in ventriculo atque in intestinis sèpius colliguntur, & tunicam nerveam inuiscando æque ac menstrui ad digestionem necessarii affluxum intercipiendo, & sensum & motum stomachi imminuunt, hinc appetitiam prosternunt, nauseam & vomitus cent, & plurimarum cruditatum genesi veliscantur. Vnde non modo appetitui, sed & digestioni ab hac causa laesis egregie opitulari nostrum obseruatur sal. Porro cum ista cruditatum in primis

viiis stabulantium sit indoles, vt, non modo ventriculum ag-  
ravando & distendendo, respirationem reddant difficultem,  
pectorisque anxietates inferant, sed & latera tam vasorum  
percurrentium, quam adiacentium viscerum, hepatis, lienis &  
renum comprimendo, & vasa lactea ac glandulas secerne-  
dis & attenuandis humoribus destinatas obstruendo, sanguinem  
efficiunt spissum falsum ac cacoehymicum; hinc patet, quam  
ampla sit Carolinarum salis utilitas in omnibus iis auertendis  
& auerruncandis afflictionibus, quæ ab humorum spissitudi-  
ne, viscerum infarctu, & impedito secretionum successu ori-  
untur.

#### §. XIV.

Neque vero solum inter alterantes, sed & præcipue inter  
euacuantes medicinas nostram sal peculiari pollet prærogativa.  
Enim vero commune hoc cum omnibus aliis tam alcalicis,  
quam mediis habet salibus, vt non modo humorum viscidorum  
cohaesionem imminuere, sed & solidas molliores, præ-  
sertim vero neruoso membranaceas partes stimulando, elati-  
terem & vim contractilem earum augere, adeoque & resolu-  
tas cruditates euacuare valeat. Quare peracta humorum,  
qui in primis obuii fuerunt, acidorum correctione & viscidii  
glutinis a crusta villosa abstersione, incipit primo in fibras in-  
testinales agere, & proritato per leniorem vasorum vellicati-  
onem maiori liquidi neruosi affluxu vim peristalticam in-  
tendit; quæ aducta, non modo vasa, qua inter membranas  
intestinales currunt, serosa, sanguinea & lymphatica conqua-  
sando, maiorem fluidi in causa intestinorum transfillationem  
producet, sed & attenuatis & dilutis hac ratione cruditatibus  
minus tunc resistentibus per aluum copiose eliminandis quam  
promississime inseruit.

#### §. XV.

## §. XV.

Hac ipsa vero alvum aperiente facultate quantum omnia  
alia leniora & fortiora etiam purgantia, cito, iucunda, & tuta  
operatione nostrum sal antecellat, dici vix potest. Siquidem  
tenerioribus & exquisitiōri fibrarum lensu præditis, sufficien-  
ti in copia, & sub conuenienti menstruo oblati vix hora dimi-  
dium expectat effectus. Iucunditate vero & laporis & leni-  
oris operationis mire se omnibus commendat, qui delicatio-  
ris gulæ & sensus pleraque obid auctuantur evacuantia, quod  
partim amaricante & tædioſo sale nereas palati & oesopha-  
gi fibrillas irritent, hinc nauſeam, ſepiuſque vomitum pro-  
ducant, quam in ventriculum delata moleſtas intestinorum  
tensiones ac crispaturas inſerant, nec sine acerba intestini recti-  
roſione feces subducant: Quod plane alienum eſt a ſale Caro-  
linarum. Securius denique eſt omnibus aliis vehementius alvum  
mouentibus medicinis: eo quod ſine motuum exacerbatione,  
ſine ventriculi, eiusque toni & appetitus deiectione, ſine san-  
guinis exæſtuatione, efficacissime subducit noxios humores,  
nec alvum relinquit obſtruant; qui omnes peflimi effectus  
aloeticis resinosis & acrioribus purgantibus ſolennes ſunt. Qua-  
propter & omni ætati, ſexui & temperamento, ſummo cum  
fructu exhiberi potest. Imo vero multiplici compertum eſt  
experientia, quod plurimi quibus a multis annis nunquam ſi-  
ne pilularum aſſumptione, aut clyſterum injecti ne aluus ſolu-  
ta fuit, ex continuato praefertim nostri ſalis vſu tam exi-  
miam perſenſerine virtutem, ut poſtea ſine moleſtia  
& ſine medicamentis aluum habuerint apertam, libe-  
ram & ordinariam. Neque vero hoc tanto ſedum numero  
efficit, quam Sedlicense, cuius aſſumpta unica vncia vel robu-  
ſiſſimos octies & decies diſidere cogit, & in nonnulli etiam  
ob copioſum & frequentem acris ſeri ſeceſſum moleſtas in-  
teſtini-

testini recti rotiones, imo s<sup>e</sup>p<sup>e</sup> per aliquot dies aluum obstrictam cum tenesino relinquit. Non facile autem id obseruatum fuit a Carolinarum sale, quod mitissime potius fortes educit, & si robustis ac sanis corporibus ad sex vel octo drachmas porrigitur, vix ultra quatuor vel quinque sedes sine molestia cier, & subsecuentibus diebus aluum fluxilem cum appetitus incremento conseruat.

## §. XVI.

Cum itaque tam nobili & naturæ tam amico purgante effectu polleat sal Carolinaram; idcirco tam in anteuerentis, quam abigendis, quæ ab alio diutius obstructa originem trahunt, vel exacerbantur, afflictionibus conductit. Neque enim rara eorum sunt exempla, qui cum solenni aliui obstrictione laborantes quotidianis fere cephalagiis, pectoris anxietatibus, respirationi difficulti, phlogosi, hypochondriorum tensionibus, aliisque chronicis insinu ventris passionibus obnoxii fuerunt, a nostro sale, insigne omnium malorum experti sunt alleuamentum. Præterea plures prostane obseruationes, quod ab alio diutius constricta, ipsa mos intestinorum inferente, ac sanguinis per abdominis vasa circuitum impeditente, impetuosa s<sup>e</sup>p<sup>i</sup>us humorum ad superiora & viscera contigua siant regurgitationes. Quæ si in capite contingant, dolores acerbissimos, vertigines, apoplexiā, melancholiā, grauiā insomnia, agrypniam cum terrore, sensuum stuporem, ophthalmiam, aurium tinnitus, & que ac auditus difficultatem causantur; in pectori vero anxietates, cordis palpitationes hamoptysin, peri-pneumoniam, inflammationes producunt; in hepate inflammations, vesiculae felleæ spasmos, hinc icterum, in liene, vasorum brevium rupturam ac vomitum cruentum efficiunt, in renibus & vesica ad mictum cruentum & calculosas concreciones anfam suppeditant. *Quæ omnia grauissima pathemata salu-*

ta saluberrimi nostri salis tempestiuo vnu arceri posse, extra  
omnem dubitationis aleam est positum.

§. XVII.

Proinde peculiaris quoque est illius virtus in promovendis sanguineis, quæ per uterum ac vasa haemorrhoidalia solennes sunt, excretionibus: eo quod spissum, qui vasa compunit, mucum incidendo, & educendo valorum liberiorem reddit & contractionem & dilatationem, atque hinc expeditiorem humorem transitum & exitum conciliat. Prasertim vero hoc præstar, si per aliquot dies cum pilulis balsamicis, ex depurata aloë parte, extractis amaris & gummatis ad exemplar Beccheri paratis, quæ sanguinem ad loca dicta promovit compellunt, exhibeantur, & infusorum ex herbis sic dictis uterinis, pulegio, melissa, millefolio, matricaria, mercuriali, floribus cheiri, chamomillæ, croci &c. paratorum potu se-cundentur. Quia ratione & irregularē aut suppressum men-sium & haemorrhoidum fluxum ad ordinem reductum, & varicosas venarum in utero ac ano distensiones ac tumores cum enolumento sapientia soluta fuisse, plurimis exemplis mani-festum est. Neque vero in convulsu spasmodicis hysteriarum passionibus hoc sal, effectu carere ut ex compluribus aliorum observationibus, ita nouissimo exemplo mihi constat, de vir-gine nibili singulis mensibus per integrum biennium epilepsia & suffocationibus hystericis afflita, quæ ex sapientia repetito salis Carolinarum cum pilulis balsamicis iuncti vnu optime conualuit, & menses sine tentaminibus spasmodicis, habet liberas ac sufficienes.

§. XVIII.

Simili quoque ratione nititur peculiaris nostri salis in aperiendis viis vrinariis, & educenda, quæ in tenibus a san-guine segregatur, falso sulphurea mucositate efficacia: qua-

C 3

pari-

pariter laudatissima alias diuretica mire antecellit. Hæc enim cum sulphureæ volatilis, & causticæ vt plurimum sint indolis, non modo stricturas vasculorum in renibus, vreteribus & vesica exquisite sentientium adaugent, adeoque dolores vehementiores inferunt, sed & sanguinis vorticolum motum accelerando, saepius vel omnem vrinæ fluxum sufflamentant, vel subtiliori eius parti transitum tantum præbendo, pluribus grauioribus morbis ianuam aperiunt. Quorun nihil a nostro sale debet metui: quippe quod incidente sua virtute tartareas concretiones soluit & tubulos renales, & his conexas vreterum ac vesicæ membranas leniter stimulando maiorem vrinæ sequestrationem, & expeditiorem exitum procurat. Minor est hæc in Sædlicensi sale vis; quod copiosius per alium, quam per vrinam serum educere obseruatur.

## §. XIX.

Hinc est, quod in obstructionibus renum, vesicæ & ductuum vriniorum præcauendis, & si adfuerint soluendis, nostrum sal, si mature & creibius præsertim cum aliquot nitrigranis usurpetur, multis nominibus Sed-license antecellat. Et cum ob absorbenciam suam facultatem, acidum, cuius cum terra connubium gignit calculum, cicurare & in medium sal conuertere valeat; hinc tam ad auertendam tartarei coaguli genesis, quam exturbanum mitiorem calculum insignis est efficacia. Quo nomine etiam iis commendari satis vix potest, qui vel ob natuam vel ab alio qualicunque errore diæteticò contractam renum ac vrinaria vesicæ imbecillitatem eiusmodi calculosis concretionibus & generandis & fouendis sunt idonei. Quemadmodum pariter singularem eius experientur efficaciam, qui vehementes a calculo in arctum & neruolum vreterum cauum intruso dolores sentiunt; quibus præ omnibus aliis medicinis lithontripticis, tam resoluendo, præsertim si recens fuerit,

tartarei

tartarei muci concrementum, quam exturbando illius copiam, egregie & cito opitulatur sal Carolinarum. Quos saluberrimos effectus frustra a Sale Sedlicensi expectaueris.

§. XX.

Supradicta alia non inferioris dignitatis in Carolinarum sale virtus diaphnoica, quam accedente praesertim copioso calidi infusi potu iis maxime praeferat, qui vel ob sicciorum vel cachecticum corporis habitum aut impeditam a quacunque caussa transpirationem multos viscidos in subcuatneis tubulis firmiter impactos succos continent. Quos & fluxiores reddendo, & vasorum excretiorum contractionem a tergo promouendo, prompte per corporis corticem expugnat. Et cum omni calefaciente virtute careat, ideoquoque merito cunctis volatilibus, oleosis sulphureis acresinosis praefertur diaphoreticus; quippe qua sanguinem quidem satis commouent & excagitant, sed quia spissum, qui seri per poros exitum praecludit, mucum non dissoluunt, saepius plus noxae, quam emolumenti afferunt.

§. XXI.

Tripli itaque hac aperiuita, tam aluum laxante, quam diuretica, & sudorem mouente facultate omnibus iis sal nostrum te commendat morbis, quorum cura ad singulas harum excretionum species simul respicere medentes iubet. Eo autem felicius haec singula exsequitur, si cum aliis hisce indicationibus ad æquatis coniungatur in dicamentis. Miram hinc in hydrope analarca, cum oedemato pedum tumore, virium prostratione, & vrinæ suppressione iuncta, cum pilulis balsamicis alternatum exhibiti virtutem esse, nouissimo exemplo comprobatum est: Siquidem copiosum per aluum & vrethram ser-

serum educenda & leniorem mane in lecto diaphoresiu  
mouendo id efficit, ut detumescentibus intra paucas hebdoma-  
des uentre & pedibus appetitus & pristina sanitas agro redierint.  
Eadem ratione egregiam in febribus intermittentibus, quar-  
tana, & tertiana pertinacioribus fistendis exserit efficaciam,  
si, vel solum, vel cum qualibet corticis china aut chaccarille  
in pulvorem redacti portione mixtum, diebus intercalaribus  
bis vel ter, ino aliquot ante paroxysmum horis ad drach-  
mam unam assumatur. Quem in finem & sub connubio la-  
pidum eanctorum preparatorum, nitri & cinnabaris, loco  
pulveris famigeratissimi antispasmodici dicti ad preparandos,  
ut eo commodius evacuentur, noxios humores, & immi-  
nuendam spasmus febrilium vehementiam, tam ante pa-  
roxysmum, quam sub eodem ad astum in tanguine præter-  
naturalem suppressendum, & capitis dolores ex stomachi  
vitio ortos lenicndos, summo cum fructu potest exhiberi.

## §. XXII

Potro cum sepius contingat, ut ex febribus justo citius  
suppresis, grauiores viscerum labes, vasorum sanguineorum  
in primis hepatis etlienis infarcitus, ac glandularum mesente-  
rii & pancreatis obstructions orientur, hinc appetitus pereat,  
digestio vacillet, naulea cum vomitibus familiaris fiat, corpo-  
ris externus habitus fiat cachecticus, ictericus, cum virium  
languore, & capitis debilitate; ibi ad hostilem materiam,  
qua<sup>e</sup> a febre cohinda remansit, e corpore expedite procri-  
bendam, hoc sale cum amaricantibus & ballamicis extractis  
mixto, non neglectis spissam lympham incidentibus & di-  
luentibus potibus mira effici pluribus observationibus nobis  
comprobatum est. Quo scopo & elixirium ex extractis ama-  
ricantibus cardui bened. absynthii centaurei minoris, & sale  
Caroli-

Carolinarum, singulis ad unam drachmam fumatis, in aqua mentha cum vino paratae uncis sex solutis, magna in ejusdem indolis morbis efficacie deprehendimus. Atque hac ratione in cachexia, chlorosi, ictero, atrophia, expeditius lanantis, obseruato simul conuenienti vita & virtus regimine, felicissimos nos fuisse, ingenue testamur.

**§. XXIII.**

Neque vero prætereundum hoc loco est, quod si uulgatis laxantibus addatur nostrum sal, eorum virtutem mire exaltare valeat. Ita si mannae vinciæ vni in aqua veronicae, aut menthae dissolutæ, salis Carolinarum drachma una adiiciatur, mixtura hæc interposito calidi infusi Thee vnu epota, plus præstabit, quam fiduæ vel solius mannae vinciæ assūmunt fuerint. Deinde quum pilule, quæ a variis hodie ad normam Becherianarum paratae nomine Balsamicarum prostant, sapientiæ ægrotantium præsertim robustiorum, & medentium expectationem in laxanda alio fallant; certe vix melior iisdem addi potest stimulus, quam si assumto vesperi sufficienti earum numero, in sequente mane duæ vel tres Carolinarum salis drachma subiungantur. Pari ratione cum anthelminiticis maritatum, in subducenda verminosa colluuiet, & fistendis, quæ ab infestis hisce hospitibus humano corpori familiares sunt, atrocibus pathematibus egregie conductit; ut id recentissimo infantis exemplo comprobatum habemus; e quo beneficio supra descripti pulveris ex cortice chacarillæ & sale nostro concinnati, magnam ascaridum farraginem evocatam vidimus.

**§. XXIV.**

At quam præstans salis Carolinarum in variis corporis afflictionibus virtus deprehenditur, tam impar est causis morborum & imminentium & prætentium superandis, nisi conuenienti

D

erit & sufficienti fluido solutum in corpus deferatur. Conueniens illud primo debet esse, & sali recipiendo & cum humoribus nostris permiscendo; sufficiens autem, ut corporis vascula subtilissima transire & cum humoribus omnis generis virtutem suam medicinalem communicare possit. At vero cognoscimus natura ipsa duce, aquam communem simpli-  
cem thermarum fluido similem, purissimam, a calcareis for-  
dibus liberam, ex fonte vel communii, vel si fieri potest fote-  
rio, recenter haustam ac spirituoso aethereo elemento copio-  
sus imbutam omnibus aliis liquoribus iure meritoque ante-  
ferri. Hinc est, quod vel ipsas Carolinas vel Selteranas,  
Schwalbaceas, Egranas aliasque, quae medicinali facultate  
se nobilitarunt, aquas, praesertim si in loco natali usurpari pos-  
sint, pro vehiculo huius salis præ omnibus aliis multiplici vnu  
confirmati commendemus. Dici enim vix potest, quantum ipso-  
rum fontium adaugeatur virtus, si eorum potus crebriori no-  
stri salis vnu secundetur; quod praesertim ii cum fructu faciunt,  
quibus aqua potata in primis viis restitantes viscerum imbe-  
cillitatem atque atoniam minitantur. Neque vero minoris  
efficacia est nostrum sal, si aliis aquarum speciebus præcipue  
cum salutaribus, sanguinem purificantibus herbis & radicibus,  
ut Scorzonerae, cichorei, veronicae, decoctis ipso etiam sero  
lactis solutum, vel calide vel frigide, prout optime fert ven-  
triculus, sufficienti copia successiue hauriatur.

### §. XXV.

De proportione uero menstrui ad salis efficacem non  
tamen ingratum vitum accommodanda hoc tenendum est,  
quod quo largiori sal excipiatur fluido, eo & citius, in primis

viii

viiis repurgandis, ac referandis viscerum obstructionibus, & potentius operetur. Optima qua sensibiliorum etiam gustui consultur, hæc erit methodus, ut decem vel duodecim fluidi partibus vna saltem salis portio addatur. Quare qui robustiori fibrarum systemate instructi & ægrius commovendi sunt, ex libra vna medica aqua, vnam salis vnicam haurire poterunt; sensibilioribus autem vt feminis, & viris mitioribus fibris preditis semuncia vel drachma sex ex libra medicina dimidia vel octo vnciis fluidi assumere satisfacent. Pueris etiam pro diuerso virium ac corporis statu, vnamuel duas drachmas ex quatuor liquidū vnciis potandas commendamus. Hac successiue epota, portione commodum erit plura infusi medicinalis Theiformis ex herbis resoluentibus & roborantibus parati vascula calida tamdiu subiungere, dum aliquot sedes prouocatæ fuerint. Quum vero ad earundem liberum ac promeum successum multum faciat, si ventriculus alimentis, quæ spicula salina inuoluendo eorum vim infringunt, non grauatus fuerit; hinc est, quod assumptionem nostri salis potius matutino, quam pomeridiano aut vespertino tempore suadeamus.

### S. XXVI.

Varias hactenus, quas interne sumtum Carolinarum sal, virtutes exserit, commemoravimus. At monendum quoque est, illud & externe non omni fructu carere: Primo quidem clysterum ingredens esse potest, eo potissimum tempore, ubi a flatibus aut stercoribus induratis relaxatae intestino-

D 2 rum

rum crassorum fibræ toni augmento egent, ut in ejiciendis sordibus officio suo satisfaciant. Quo scopo vel solum sal Carolinarum aqua calida solutum, & satis diletum injici, vel alijs oleosis, mannatis & demulecentibus satis communis loco ad unciax unius vel dimidia pondus commodissime admisceri potest. Deinde cum salium mediorum in purificandis & consolidandis externis foetidis ulceribus alias non infructuosa sit efficacia; ideo quin & hoc nomine ad externos usas sal nostrum commendari possit, nulli dubitamus.

§. XXVII.

Expositis itaque variis ac præstantissimis Carolinarum salis, in plurimis nostri corporis grauioribus ac pertinacibus afflictionibus tam auertendis, quam expugnandis, utilitatibus, superest, ut de eauto ac circumspecto illius, pro varia subiectorum æque ac morborum differentia, usu pauca adhuc subjiciamus. Quare notandum I.) est: quod cautius hoc uti debeant omnes, qui teneriori fibrarum & membranarum compage, quæ faciliter per salina spicula ad spasmos irritatur, instructi sunt: unde nec infantibus, nec adultis, qui a nativa generis nervosi debilitate ad varios spasmódicos affectus inclinant, nec feminis sensibilioribus largiorem & frequentiorem ejus usum commodum judicamus. II.) Quantum cacheticis, obesis & sero abundantibus personis consert sal Carolinarum, tantopere copiosior & crebrior illius assumptio iis disuadenda est, qui vel a natura macilentioris sunt corporis habitus, vel a morbo graviori languescunt, vel denique per etatis rationem vasa exsucca & collapta gerunt: eo quod humidum copiose educendo fibras ventriculi rigidio-

IES

res & ad motum ineptas reddit, hinc digestionis & nutritio-  
nis negotium labefactat. III.) Eadem est ratio, quare nec  
feminis post partum ad educenda lochia saltem non sine pi-  
lulis balsamicis uterum roborantibus atque expurgantibus  
exhiberi debeat. IV.) Similiter iis non conducere videtur  
sal e thermis productum Carolinis, qui spasmodicis afflictio-  
nibus crebrius tentantur, & a leviori causa diarrhoea, tor-  
minibus ventris, cardialgia ac colica convulsiva infestantur;  
quapropter & absinere ab eo penitus debent, qui ab acri  
in ventriculo & duodeno hospitante bile, vehementes ilei  
rosiones, vomitus, ructus & diarrhoeam patiuntur. V.)  
Homines, qui scorbuticis & salsis humoribus feti, catarrho-  
sis capitis ac pectoris desluxionibus, variis quoque in cute  
efflorescentiis, ut scabie, purpura, febre miliaria sive infe-  
stantur, sal Carolinum copiosius exhibivit, augendo humo-  
rum dyscrasiam & arrorendo vasa ventriculi magis ludit,  
quam juvat; Proinde nec in ulceribus internis, ad quæ  
vera phthisis etiam pertinet, nec fluore albo, nec lue ve-  
nerea, gonorrhœa inveterata, bonis cum ægrorum rebus  
usurpatur.

. §. XXVIII.

Quamuis egregia sit nostri salis vis resoluens atque per  
varia emunctoria euacans; ubi tamen inueterata præsto  
fuerit glandularum obstructio aut viscerum pertinacior in-  
farctu, incassum adhibebitur. Nihil itaque in scirrhosa glan-  
dularum mesenterii omenti ac pancreatis induratione, &  
pulmonum tuberculis efficiet. Quemadmodum porro  
in omnibus tam internis partium nobiliorum, vt ven-  
tricu.  
D 3

triculi, diaphragmatis, pleuræ, quam externis inflammationibus confultius est diaphoreticis, ac demulcentibus infistre, quam fibras nerveas salinis multis irritare; ita & in iisdem, nostri salis usum merito interdicimus. In catharro suffocatio vel apoplexia, sive terola fuerit sive sanguinea, sal nostrum plane est inefficax.

### §. XXIX.

Sed sufficiat hisce viam medentibus monstrasse, qua ratione ad varia afflictionum genera præstantissimi Carolinarum salis usum secure & cum emolumento adaptare debeat. Attentos plura forsitan docebit usus & meditatio. Nos si de singularibus quibusdam eius virtutibus amplius instruxerit experientia, easdem data occasione cum publico fideliter communicare minus dubitabimus.

T A N T V M .



NOBILI ET EXIMIO  
DOMINO CANDIDATO  
S. P. D.  
P R A E S E S.

**I**N sole & sale, omne quod sapientes querunt, reperiri, celebrata inter philosophos est parœmia. Nos missis futilibus istis Alchymistarum, qui sibi hoc dictum applicare cupiunt, commentis, summam illam solis & salis in œconomia rerum naturalium administranda præstantiam ac usum & philosophis & Medicis non satis commendate possumus. Est enim magnum illud & stupendum solis sidus mundi quasi anima seu primum mouens, cuius calore & influxu & animantia & vegetantia vivunt, germinant, fecundantur, nutriuntur, conseruantur, ac motum robur & vigorem accipiunt. Ex omnibus præterea, que benigna natura produxit, rebus corporeis, nihil est, quod tantam vim & potentiam ad animantium vitam & sanitatem tam conseruando quam destruendam habeat, quam ipsa salia: quorum diuersam indolem atque virtutem maxime omnium Medicum nosse & perscrutari oportet. Nam salia & morbos progignunt, & morbos etiam

etiam sanant. Et cum medicinales salutares fontes  
suam in auertendis & expugnandis longis & atro-  
cibus morbis, a salibus efficaciam mutuentur, idcirco  
eorum salina ingredientia paulo exquisitiore chymico  
examine explorare laudatissimum est institutum. Qua-  
re nec possum satis Tuam Clarissime Dne Can-  
didate in hoc studio industriam laudare; quam  
præsens luculenter ostendit dissipatio. Tu pharma-  
ceutico-chymica bene imbutus scientia ante trienni-  
um ad nos accessisti, & magna diligentia discendi-  
que ardore artis medicæ studio animum applicuisti.  
Quapropter perspecta simul officiosa Tua mente, Te  
omnibus opibus destitutum & bencvolentia & bene-  
ficiis pluribus adjuuare, & cum in praxi bene ver-  
satum Te cognouimus, honoribus etiam Doctoralibus  
ornare minus dubitavimus. Faxit igitur summum  
Numen, ut spem quam Tecum plurimi de Te fo-  
uent, impleas, imo longe adhuc superes, talemque  
Te exhibeas, qualem fore, quibusunque diligen-  
tia Tua & animus inferuendi cupidus perspecta  
fuere, augurantur. Breue quidem adhuc mibi su-  
perest viuendi tempus, ut non ampla Tibi officia  
possim polliceri: Nulla tamen studiosissimum Tui  
animum declarandi occasio preterlabetur. Vale.  
Dab. e Museo, d. 22. Maij, 1734.

CLARIS-

CLARISSIMO ATQUE DOCTISSIMO  
DOMINO CANDIDATO  
NICOLAO BORRIES

S. P. D.

CAROLVS AVGVSTUS BOEHMER, D.  
In Consil. Rer. Bellic. & Domanial. Potent. Reg.  
Boruss. Audit. & Scabin. Regii  
Assessor.

**S**i quantum in republica gubernanda iurisprudentia potest, tantum etiam in conseruanda boruminum sanitate medicina valet scientia: dubitari profecto non potest, quin ita tanquam pestis reipublicae sint habendi, qui circumforaneorum more, neque in theoria satis instructi, neque eam rite applicantes, magnum nomen medici tueri, satisque secure agrotantibus assidere gestiunt. Cum enim temeritas & imprudentia eorum pectora invaserit, morbo vero laborantes improbam mercedis spem premio sollicitent, fit certe, ut sibi potius quam iis consulant, magnumque reipublicae adferant detrimentum.

E

mentum.

mentum. Quod etiam omnibus statim in oculos incurreret, nisi prosperos eorum, si quos fato quodam faciunt, progressus, sol adspiceret, aduersos vero telus tegere videretur. Hoc genus hominum merito contemnunt cordatissimi mortales: e contrario magni habent eos, qui genuinis artis medica principiis instructi conseruationem & propagationem sanitatis ac vite humanae quouis modo promouere student, idque fideliter atque prudenter. Ad horum censum optimo iure Te refiero, Clarissime Domine Candide, non ex adulacione quadam, ut vulgo moris esse solet, sed ob fidelitatem & prudentiam Tuam in applicanda arte medica plane singularem, cuius specimina egregia & mibi & aliis edidisti. Pharmaceutiva iam cognitione & chemica instructus in alma Fridericiana preceptorem elegisti venerandum Academia nostra senem, ILLVSTREM HOFFMANVM, qui pristinam medicina dignitatem, sub tebris & squalore veluti sepultam, incredibili ardore & fortuna ita restituit, ut fama tanti viri per universam fere Europam penetraverit. Id unicum adduxisse sufficiat, unde fausta quaevis ac felicia Tibi augurari possum, ita ut non tantum dignus sis eo honoris gradu, quem in amplissima medicorum celebritate hodie auspicato descendis, sed etiam sperandum sit, fore, ut optime reipublicae inseruias, atque laborum

*laborum tuorum fructus colligas amplissimos. Quapropter gratulor Tibi ex animi sententia, Deum que optimum maximum precor, ut diu Te saluum incolumentque seruet, quo & futuro etiam tempore aliorum commoda & opes & consilio usque quaque possis promouere. Ceterum sic Tibi persuadeas velim, me, si que Tibi profutura intellexero, nunquam esse defuturum. Vale. Scrib. d. XXI. Maii anno MDCCXXXIV.*

---

**D**ie edle Wissenschaft, die alle Krankheit heilet,  
Und unsrer Lebens-Zeit gar oftmalhs Frist ertheilet,  
Wird von dem Höchsten selbst so hoch und werth  
geschäkt,

Daß Er sich in der Schrift selbst zu den Aerzten setzt:  
Wohl Dir, Geehrter Freund, Du bist ein Arzt ges-

worden,

Und heute giebt man Dir die Freyheit von dem Orden.

Ich wünsche, daß Dein Fleiß beständig glücklich sey,  
So setzt Dich einst der Ruf den größten Aerzten bey.

Mit diesen Zeilen molste dem Geehrtesten  
Herrn DOCTOR ergebenst Glück  
wünschen

J. J. Lange,  
Mathes. & Philos. Prof. Publ. Ordin.

E 2

Vom

**S**On carols Bader Salz gelahrt und gründlich schreiben,  
Kan ohne gutes Salz der Weisheit nicht geschehn;  
Und solche Rede mag nicht ungewürzet bleiben,  
Wo man des Salzes Kraft versucht und Selbst  
gesehn.

**M**ein wehrter Borries Dein Salz pflegt gut zu schmecken.  
Dein scharfer Sinn hat Dich mir längst beliebt gemacht.  
Du bist geschickt den Grund recht schmackhaft zu entdecken.  
Und hast Dein Salz also nicht übel angebracht.  
Zu diesem Salz-Werk nun bezeug' ich meine Freude  
Darüber Halle Dich Herr Doctor nennen muß.  
GODE sey Dem Heil Brunn selbst und Deine Siegens Weide.

Das wünscht

Af: Brandenburg  
de 117. May  
1734.

Dein alter Freund

Doctor Cothenius.

**G**ey Spöttern ist es fast zur Mode worden,  
Daz man der heutigen Poeten Orden  
Für eine Zunft galanter Lügner hält.  
Was Wunder, daß mir auch der Ruth entfällt;  
Und meine Muse schon den Kiel zur Tilgung führet,  
Eh noch ein tüchtger Reim das leere Blatt berühret?

Sedoch was hindert mich der Ruff der Dichter?  
Ich nehme Dich, Hochwehrter Freund, zum Richter  
Und wahren Zeugen meiner Redlichkeit.  
Dir ist von mir ein treuer Wunsch gewehrt,  
Und

Und mein Gedichte zielt zu meines Freundes Ehren.  
Drum wird man nichts von mir als lauter Wahrheit hören.

Die Freundschaft so ich nun in dreyen Jahren  
Durch Treu und Redlichkeit bewährt erfahren  
Verdient nebst Deinem unverdroßnen Fleiß  
Von mir und iedermann besondern Preis.  
Ich seze meines Theils nur daß zu Deinen Ehren:  
Es müsse sich Dein Glück wie Deine Tage mehren.

Hiermit wolte des Herrn Doctoris  
gütigen Angedenken sich bestens  
empfehlen.

Ernst Gotthold Struve.  
Primislaviens Vearo-March,  
Med. Cand. oppon.

---

**S**SS O Jugend, Wissenschaft, und Fleiß sich selbst verbinden,  
Da krönt Gleichsamkeit die ersten Jahre schon;  
Selbst die Minerua läßt ihm Ehren-Kräne winden,  
Und schenkt den Ehren-Schmuck zum wohlverdienten Lohn.

Der ist Geehrter Freund, der Deine Scheitel jiert,  
Der ist der Dein Verdienst Dir längst hat beigelegt,  
Den Dein gelehrtes Haupt trotz aller Meider führet.  
Sieh was Dein grosser Fleiß vor Ehren Früchte träget!

Wol an so wünsch ich Dir nur künftig gülbne Früchte:  
Es schlage alles wohl bey deinen Euren an,  
Das Glücke zeige Dir stets ein vergnügt Gesichte,  
Dab sich Dein Freund mit Dir auch künftig freuen kan.

Hiermit wölte zur Doctor - Würde  
gratuliren, und sich seiner bestän-  
digen Freundschaft und gütiger  
Andenken bestens recommu-  
niren.

P. A. Böhmer.  
Medic. C. oppon.

---

**S**Vnt quos Pœonijis iuuat impallescere chartis,  
Qui callent medicæ fata vicesque scholæ.  
Qui Nili veteris nantes in gurgite cœco,  
Hermeis tabulam dente manuque tenent.  
Quos non herba potens ad opem succusque medendi  
Vtilis, aut radix quantulacunque fugit.  
Qui tanquam digitosque suos vnguesque recessent  
Morborum species, femina, signa, gradus.  
Et tamen aduersus primæ frigulcula febris  
Non audent operam suppeditare suam.  
Sed: Revocate gradum, pulsantibus ostia clamant,  
Nulla domi nostræ venditur ære salus.  
Sunt alii, medicæ vix Alpha & Beta scientes  
Artis, honorati membra pudenda chori,

Qui


Qui sibi promittunt ægri cuiusque medelam  
Et cœcas adhibent ad mala quæque manus.  
Qui, mitius ex voto stolidis cedentibus ausis,  
Voce carens, dicunt, omnia condit humus.  
Sed male. Nam vestris, temeraria turba, trophæis  
Os vulgi, Satyræ, celsa theatra scatent.  
„Quid bardus Themison aliud, quam sanguine venas  
„Et nummo loculos evacuare, potest,  
„Hic, latus opem, narras vaga murmura fama :  
„Affidet hic muto, mutus & ipse, toro.  
„Hic homines jugulat, non tantum vindice nullo,  
„Ast quoque perficta præmia fronde petit.  
BORRIESENIADE, median sapienter iistis  
Inter vtrisque viam TV similesque TVI.  
VOBIS nec placuit vanum sine fruge putamen,  
Nec nuclei fractam spes fuit ante nucem.  
VOS neque perpetua marcescere iuuit in umbra,  
Difficiles cerebro parturiente logos.  
Nec meditatundum, si res tempusque ferebant,  
Scalpere demorso tæduit vngue caput.  
VOS neque debilibus scapulis atque impare collo,  
Curandi nimium mox subiustis onus.  
Nec, cum suppetarent vires duxisti honorum,  
Vel leuibus nunquam bella mouere malis.  
Tempus Amice, venit confecti meta laboris,  
Virtuti tribuens digna brabæa TVAE.  
Macte nouo Medici titulo : medicare dolorum  
Omne genus : parti nominis omen habe.  
TE mors aufugiat veniente : pedissequa semper  
Advolet ad nutum vita salusque TVVM.  
Gloria BORRICHII BARTHOLINIQUE resurgat,  
Laudibus & meritis accumulata TVIS.

Sic

Sic Galenus opes dabit, & quæ sacculus olim  
Sparlerat angustus, colliget ampla vehes.

*Sic Domino Respondenti, Populari  
atque Amico longe honoratissimo,  
summos in Medicina honores gra-  
tulanur.*

C. C. Carstens. A. G. Carstens.  
Jurium Studiosi.



00 A 6332 (1)  
VD 18



Dokto ✓



B.I.G.

**Farbkarte #13**

Centimetres



AVGVRALIS CHYMICO-MEDICA  
DE

**MEDICINALI  
OLINARVM**

*QVAM*

TE SVMMO NVMINE  
REGIA FRIDERICIANA

PRÆSIDE

RICHO HOFFMANNO  
ORDINIS MEDICORVM SENIORE  
h. t. DECANO

ADV DOCTORIS

CINA HONORIBVS AC PRIVILEGIIS  
ORVM RITE CAPESSENDIS

*Maii Anni MDCCXXXIV.*  
RVDTORVM EXAMINI  
SVBIIGIT

AVS BORIES

AFNIA DANVS.

MAGDEBURGICÆ  
CHRISTIANI HILLIGERI, ACAD. TYPOR.